UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus do. Bald. de Pervsio, De Dvobus fratribus simul habitantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

Ber. Land. ¶ Lucratur. Vide Roma. conſi. cccclxviij.

b Lbo. Dip. ¶ Secundo quero. Vide plene de iſta materia per

c Alex. in l. ſi. heres. in princ. ff. ad leg. Falc.

d ¶ Quarto quero. Pro cõcor. Aduerte quod officialis, ſeu theſaurarius quando aliquid acquirit, an intelligatur acquirere de bonis ſuis, an de bonis eius cuius officium gerit, ⁊ Bar. reprehendendo gloſſ. ibidẽ in l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci. lib. x. tenuit quod preſumatur acquirere de ſuis. Contrarius tamen allegatur in hoc tracta. de duob. fratrib. verſic. quero quid. Sol. poteſt accommodari ſecundum Bald. in c. j. de controuer. inter domi. ⁊ vaſal. in vſibus feud. quem alleg. do. Alex in addi. ad Bartol. in d. l. defenſionis facultas, in fin. ſcilicet, qđ prima opin. loquatur poſt redditionem rationis. Secunda vero opin: ante redditionẽ rationis, ſed Bar. proprie non loquitur in theſaurario fiſci in hoc tractatu. licet poſſit comprehendi ſub verbis ſuis generalibus, ⁊ ideo de directo non poſſet argui contrarius. Adde ad Bal. in l. ſi defunctus. C. arbit. tute. in l. quiſquis. C. ſi cert. pet. ⁊ ad ea que addit do. Alex. poſt Barto. de vxore, vidua, concubina, de filio famil. ⁊ de rectoribus in l. ⁊ ſi inſtrumenta. C. de fid. inſtr. ⁊ iur. haſt. fiſc. lib x. alleg. Innoc. in c. cum ex officiis. de teſtam. Alber. in l. etiam. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. Ang. conſil. cxli. Vide plene per do. Barto. Socin. in conſil. cxlix. in ij. vol. incip. materia preſens.

e B. L. ¶ Vxor. Vide Ang. conſil. cxlj.

f Th. D. ¶ Quinto quero. Vide Ludo. Roma. in conſil. ccccvj. ⁊ Bar. in l. dotem. ff. de caſtren. pecul. ⁊ ibi Alex. in addit. ⁊ ibi apoſt. meam. Et vide Andr. Barb. in conſil. xxxvij. in ij. vol. incipit. ſcribitur Sapi. ⁊ vide Bar. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur in vlti. queſtio. ff. ſol. matrimo. ⁊ ibi Alexan. ⁊ in l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bonor. ⁊ Bal. in l. certum. C. famil. erciſc. ⁊ in authent. ex teſtamento. C. de collatio.

g ¶ Vſufructus. Vide Alex. de Imo. l. filiis matrem. an addit. ad Bartol. C. de inoffic. teſtamen.

h B. L. ¶ Libros. Vide Bal. in conſ. ccxiiij. j. li. ⁊ ibi an fratres, mortuo patre, debeant manuteneri in ſtudio.

i T. D. ¶ Inuitis fratribus. Bal. in tractat. qui ſupponitur de duob. fratrib. ſimul habit. nu. 19. tenet contrariam opinionem, quam iſte hic dixit in apoſtil. ad Dyn. in l. Lucius Titius. in verſicu. vt de communi. ff. ad municip. ⁊ in addit. ad iſtum, in l. j, §. nec caſtrenſe. in fin. in verſic. nec tenebuntur heredes. ff. de collat. bonor. ⁊ in addit. ad Bal. in l. filie cuius. nume. 12. in verſicu. ad municipia. ff. de collatio.

k B. L. ¶ Nuptiis. Vide Roma. conſil. clxxij.

l T. D. ¶ Deinde quero. vide Bartol. in l. fin. ff. de pecul. leg. ⁊ ibi Alexan. in addit. que ponit plura ad materiam.

¶ Explicit Tractatus de duobus fratribus inuicem habitantibus, expoſitus per do. Bart.

[a] Tractatus do. Bald. [a] de PERVSIO, DE DVObus fratribus ſimul habitantibus.

ADDITIO.

a Th. Dip. ¶ Tractatus do. Bal. Vide que ſcripſi ſ. in trac. de duobus fratr. ⁊ iſtud principium videlicet, Et primo queritur, pater emit libros. vſq; ad §. Primo quero quid ſi filius. nõ fuit impreſſum, ſed modo imprimitur. ⁊ inſtum tractatum ⁊ perfectum inueni in xiij. vol. conſiliorum, in ſtudio excellentiſſ. Doct. Iaco. de monte Sperello de Peruſio.

ET primo queritur, Pater emit libros filio ſtudenti, deinde decedit pluribus relictis filiis. Queritur, an hic filius debeat habere illos libros precipuos, an debeat conferre fratribus? Glo. in verb. res comparauit in l. filie C. fa. erci. dicit quod debet habere precipuos. Et hoc videtur probare duabus rationibus. Prima quia omnimodo pro filio videt hoc tacite velle, ⁊ quaſi vltimum iudiciũ conferre in eũ, d. l. filie. Secũdo quod hic videtur operari fauor ſtudiorum. ff. fa. erciſ. l. que pater. Tertio videt hic operari ratio, q2 ob cauſam ſtudiorũ pater emit, ⁊ illa cauſa nõ ſit finita, ergo coheredes, ab eo nõ poſſunt amouere, ſeu auocare libros. ff. famil. erciſcũ. l. ſi filia nupta. §. ſi filiuſfamilias. Quarto q2 pater hz neceſſe emere libros pro filio, ex quo eũ miſit ad ſcholas, vt no. C. ad Maced. l. Macedoniani. Quinto q2 ſicut arma que dant militi, ſunt precipua eius. C. famil. erciſcun. l. ſi filius. ſic ⁊ libri qui dantur ſtudẽti. In contrarium videtur quod ij libri empti ſint patris, ſicut reliqua empta per patrem, ergo pertinent ad omnes heredes pro hereditaria portione. ff. famil. erciſcũ. l. cetere. Preterea debet filius legitimam, ⁊ partem ſuam computare, ſicut computat militiam ſibi emptam a patre. C. de inofficio. teſtamẽ. l. omnimodo. §. fin. poſito quod iſta eſſet donatio, nõ eſt donatio ſimpliciter. ſed ob cauſam affectione meritam. Et ideo imputatur in partem huius filij, ſicut donatio propter nuptias. C. de inoffcio. teſtamen. l. quoniam nouella. Non obſtat l. ex parte. § filius. ff. famil. erciſcund. quia intelligitur in ſumptibus ſtudio conſumptis, vt eſt victus, ⁊ veſtitus. ſecus in libris, qui extãt, cũ quales ſunt, tales debent ſibi imputare, vel conferre ſecundum Gulielmum. primam opinionem tenet Dyn. ff. de collatio. bonorum. l. prima. §. nec caſtrenſe, de hoc no. Cy. C. de colla. l. pactum qđ dotali. verſicu. ſed nunquid tenetur. ſed Bart. docit, aut pater ſolum emit nomine filij nec tradidit, nec expreſſit ſe donare filio, ⁊ tũc dicti libri ſunt proprij patris, vt l. j. C. de caſtren. pecul. lib. xij. requiritur enim traditio, vt videatur donare. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. ij. Aut emit nomine filij, ⁊ tradidit ſibi, vel ſe donare expreſſit, ⁊ tũc aut filius aduocatus eſt, vel Doctor, aut Scholaris primo caſu, dicitur quaſi caſtren. quia Doctor vel aduocatus dicitur militare. C. de aduo. diuer. iudi. l. fori. ⁊ l. aduocati. ideo non conferuntur, vt d. §. neque caſtrenſe. ⁊ C. fami. erciſcun. l. ſi filius. Secũdo caſu, aut compleuit ſtudiũ in vita patris ⁊ ſic incipit quaſi militare, ⁊ efficitur quaſi caſtrenſe, ⁊ confirmatur illa donatio, ff. de donatio. l. donatio. §. patri. ⁊ C. de donatio. l. emancipati. Aut pater deceſſit antequam filius ſtudium compleret, ⁊ militiam adimpleret, ⁊ tunc non poteſt dici quaſi caſtrenſe, q2 conditio perſone non patitur, quia non reperitur in iure quod Scholaris dicatur militare, ſed tantum magiſtri. C. de fun. limi. l. ij. lib. xj. facit quod not. C. de iuriſdictio. om. iudic. l. fin. ⁊ ideo tunc debet diſtingui, ſicut fit in alia ſimplici donatione, quia aut erat emancipatus, aut poſtea emancipauit libris non ademptis, ⁊ non debet conferre, quia confirmata eſt donatio: ⁊ pater non poteſt reuocare, dicta l. emancipati, ⁊ §. ſi pater. etiam niſi alia ſimplex donatio eſſet conferenda, quod not. Cy. C. de collatio. authentica, ex teſtamento. hoc caſu tamen fauore ſtudij ceſſabit collatio, dicta l. que pater. Aut non fuit emancipatus ⁊ tunc ſi talis donatio fuit morte confirmata, nõ debet conferri, vt hic, ſcilicet ſimpliciter reuocatur, tunc debet conferri ſecundum Bartol. ſed Oldrad. dicit quod in dubio pater videtur donare an autem vſum tantum ſit donatum debemus recurrere ad coniecturas que poſſunt percipi pro numero liberorum ⁊ facultatum patris argumento de legatis tertio. l. ſi filie. vbi per Old. ⁊ de fund. inſtruc. l. queſitum. § Papinianus. de dona. inter virum ⁊ vxorem. l. vtrum negotium. Aut conſtat de donatione, ⁊ tunc ſi filius erat emancipatus, ſtatim valet donatio, aut poſtea emancipatur, ⁊ confirmatur emancipatio: ⁊ tunc aut eſt Docto. vel aduocatus viuo patre, ⁊ cõfirmatur quaſi tranſit in ſpeciem quaſi caſtrenſis peculij aut pater primo decedit quam hoc contingat ⁊ confirmatur donatio morte patris, niſi fuerit reuocata, d. l. ſi. ⁊ omnibus iſtis caſib9 iſte ſtudẽs habet libros precipuos fauore ſtudiorum. Sed ſi non conſtat de donatione licet cõſtet de receptione, ⁊ aſſignatione videtur tunc eſſe recurrendum ad diſtinctionem Oldraid: ⁊ ſecundum eum videtur limitanda dicta l. filie. Nam in parua expenſa preſumitur donatio, ſed in magna que forte maiorem partem patrimonij eximit: quia forte habet multos alios filios, non preſumitur donatio. ⁊ hec opinio videtur mihi multum equa. Secundo quero, pater miſit filium ad ſtudium, ⁊ deceſſit, an debeat filius perficere ſtudiũ communibus ſumptibus, an proprijs: Et videtur quod communibus: quia munera cepta debent perfici de cõmunibus, licet noua nõ poſſint inchoari ſupra fam. erciſ. l. ſi filia. §. idem ſcribit. ⁊ no. glo. de muneribus ⁊ honoribus. l. ⁊ qui originem. §. fin. de collatiõe bonorum. l. prima. §. ſed an ij. Et ibi videtur hoc tenere Dyn. ⁊ ad municipalem. l. Lucius Titius. §. idem reſpondit. ⁊ ibi per dominum Franciſcum: quia heres mandatarij, tutoris, ⁊ ſocij tenentur expedire negotia cepta. ff. pro ſocio. [l] l. heres ſocij. ⁊ negotijs geſtis. l. nam, ⁊ ſocius. §. ſi viuo. Contrarium determinat Bartol. ⁊ reprehendit Dynum, Nam factum patris erga filium inceptũ eatenus obligat patris heredem, quatenus ipſe pater erat de neceſſitate obligatus, probatur ff.

de muneribus ⁊ honoribus.l.filium.coniuncta l.honores. §.is qui.de decur. hoc modo decurionatus eſt principium ad alios honores ſiue dignitates,d.§.is qui.⁊ tunc ſi pater conſenſit decurionatui ſucceſſores nõ tenẽtur de alijs muneribus poſt mortem,ſic in propoſito licet pater conſentiat in principio ſtudij,tamen poſtea nõ tenebatur neceſſario proſequi,ergo nec eius heredes. Preterea,hoc probatur expreſſe in dicta l. ſi filia.§. idem ſcribit. Nam eatenus heres tenetur, quatenus pater erat obligatus,ſed hic pater non poterat cogi ad proſequendum ſtudiũ: ergo nec eius heres cum eadem cõditione ſit heres, cuius erat defunctus,vt ff. de regulis iuris.l. heredem. Preterea aut dices fratres teneri vigore obligationis, in eos transfuſe, ⁊ hoc eſt falſum, vt dictum eſt ſupra, aut vigore cuiuſdam quaſi donationis, conſiderato quod habet vim relicti. Et hoc non poteſt eſſe,cum pro futuro tempore nulla ſit perfecta traditio. vt ff.de donationib.inter virum ⁊ vxorem.l. Papinianus.fatetur tamen do. Bar quod ſi debitum occaſione ſtudij eſſet factum in vita patris . dum tamen eſſet honeſtum ⁊ licitum quod fratres tenentur ſoluere per iura ſuperius allegata.⁊ ſic intelligitur ff. ad Macedonianum.l.ſed ⁊ Julianus.§.quod dicitur. ⁊ dicta l. Macedoniani.⁊ diſtinguendo,ſic concludit. Aliquando pater aliquid incipit pro filio , ſeu filio incipiente conſentit, propter quod obligetur ad conſumendum totum actum, ⁊ tunc tale onus tranſit ad heredem.l. heres ſocij. §. idem ſcribit.ff. pro ſoc. preallegata. Aliquando conſentit filio incipiente ſeu ipſe incipit aliquid.propter quod non obligatur ad totum, ⁊ tunc eatenus tranſit obligatio ad heredem, quatenus ipſe defunctus tenebatur.vt dicta.l.ſi filius.⁊ iſte eſt caſus queſtionis noſtre, ſecundum Bartol.in ſuo tracta.quod not. Concludo ergo, quod ſi vult perficere ſtudium,expendat de parte ſua, nõ d parte fratrum:quia ex operis initio non eſt contracta obligatio pro toto tempore,ſecundum eum. Quod ego concedo, ſcilicet quod non ſit contracta obligatio pro toto tempore, ⁊ hoc dicit Dynus. ſed hoc verum officio iudicis cõtineri:quia medium, ⁊ finem habet quodammodo probabilem,⁊ quodammodo neceſſariam cõſequentiam ad principium. Unde ſicut ipſe pater cogitur alere filium in ſtudio, ⁊ emere ſibi libros, ex quo miſit eum ad ſtudium,vt not.in dicta l. Macedoniani. Ita breuiter,quod neceſſitas poſt mortem patris tranſmittitur ad heredes. Non dico, quod heredes patris tenentur donare libros:quia niſi pater tenebatur ſed quod pater tenebatur emere,⁊ ſibi mitti ad ſtudiũ ⁊ aſſignare ad vſum facti, retenta ſibi proprietate librorum pro hereditaria parte: ⁊ hoc ſi ſtudens eſt ita pauper quod de ſua parte non poteſt habere ſumptus ſtudij. ſi enim ex proprijs reditibus haberet vnde ſtuderet , fratres etiã indiuiſam ſubſtantiam poſſidentes nihil tenentur conferre de proprio, argumen. ff.de petit.heredit.l.fin.Finaliter tamen puto,quod opinio bar. ſit verior de iure , quam opinio Dyn. quia nec tempus ſtudij, nec eius ſumptus limitatur neceſſariũ,⁊ certũ a iure,⁊ ideo non poſſumus eam mereri in vita patris.Et licet opinio Dyn.eſſet neceſſaria in ſumptibus ſtudij tamen ſi iſte, peracto ſtudio, intendit doctorari,quia eſt nouus actus,⁊ de neceſſitate ſtudij nõ infertur:iſte qui vult doctorari tanquam aggrediens nouum actum debet doctorari proprijs ſumptibus, argu.ff. de legat.iij. l.legatz ſeruis.§.ſi ex officio. ¶ Tertio quero ſi pater fecit ſumptus in nuptijs pro filio capiente vxorẽ, ⁊ mortuo patre, alter frater vult quod pecunia expenſa ⁊ alia ornamenta veniant in diuiſionem,vel quod frater pro quo iſti ſumptus ſunt facti, imputet in propriam partem,queritur quid iuris? Reſpõd quod licet pater expenderat in nuptijs filij,quatenus iſta expenſa cõſumpta eſt non debet filio imputari: ⁊ ſi alter frater vellet dicere,ego volo ducere vxorem,⁊ tantundem expendere de cõmuni, non auditur;quia pater nõ expendit de communi patrimonio liberorum ſed de ſuo proprio,in quo filij nondum habebant aliquod ius.⁊ hoc eſt verum,niſi pater aliter cauerit in teſtamento,ff.de muneribus ⁊ honoribus.l.iij.§.fina.Sed circa veſtes ⁊ alia ornamenta vxoris,an veniant. dic aut loquimur de veſtibus quotidianis,⁊ neceſſarijs ad vſum quotidianum,⁊ non ſunt cõferende,⁊ ſunt proprie mulieris,⁊ a principio tenuit donatio inter ſocerum,⁊ nurum, vt ff.de donationibus inter virum ⁊ vxorem.l.ex annuo.⁊ ff.ad leg. Falcid.§.dos legata.in fin. cum ſua gloſſa.Aut loquimur de veſtibus,⁊ alijs ornamentis pretioſis ⁊ feſtiuis,⁊ illa qualia nunc ſunt,ſunt conferenda nam remanſerunt.ff.de donationibus inter virum ⁊ vxorem.l.mortis ſue cauſa.§.fina.⁊ probatur hec diſtinctio ff.de pecul.l. id veſtimẽtum. Nec poteſt dici,quod donatio morte ſoceri ſit confirmata: quia non fuerunt res donate, ſed ad vſum tradite, vt dicta l. mortis ſue cauſa in fin. Preterea poſito quod fuiſſet donatio , non confirmatur morte ſoceri conſtante matrimonio inter virum ⁊ vxorem ſiue filium. ff.de donationibus inter virum ⁊ vxorem.l.cum hic ſtatus.§.ratio. ⁊ §.ſequenti. facit ad predicta ff. ſoluto matrimo.l.penult.ſecundum Bartol.⁊ ff. commoda.l.ſi vt certo.§. interdum.plene dixi in dicta l.penult.§.j. ¶ Quarto quero, pater expendit in rebus aduentitijs filij,modo filius tempore diuiſionis habet res precipuas. queritur quid iuris de ſumptibus,an fratres poſſint eas ei imputare tempore diuiſionis: Reſpondeo ſecundum Bartolum , an fuerunt ſumptus neceſſarij, quos pater habebat neceſſe facere,⁊ tunc pater nõ poteſt repetere nec heredes eius poſſunt imputare.C.de bonis matern.l.j. ⁊ C.de bonis que lib.l.fina.§.vbi autem. Aut non erant neceſſe patri,ſed permiſſa, vt quia in re filij plantauit vineam, vel domum edificauit , vel fecit alios ſumptus, ⁊ tunc aut ad perpetuam vtilitatem , ⁊ habetur ratio huius ſumptus quia ratione aduentitiorum inter patrem , ⁊ filium, poteſt conſiſtere ciuilis obligatio,etiam ex quaſi contractu,vt dicta l.fina.⁊ C. ad Trebellianum.l.iubemus.Et hoc ſi pater fecit illud animo repetendi: ſecus ſi non ex animo repetendi nolens filium ſibi obligare,argumen.ff.de condict.indeb.l. ſi in area.⁊ ff. communi diuidundo.l. in hoc iure. circa medium. Sed ſi dubitatur quo animo fecit, tunc dicit ipſe quod paruos ſumptus dicitur facere animo donandi,argumẽ.ff.de donationibus inter virum ⁊ vxorem.l.ſi ſeruus communis. Sed in magnis, aut ſunt in quantitate fructuum , ⁊ tunc videtur ei donare , argumen.d.l.fina.§.ſi autem es alienum. Nam expendere in re filij videtur apud eum dimittere. Aut ſunt vltra fructuum quantitatem,⁊ non videtur donare,⁊ in dubio videtur habere animum repetẽdi niſi in cauſa alimentorum,vel ſimili expendiſſet. C.de negotijs geſt.l.alimenta. Sed ſi non ſunt ad perpetuam vtilitatem, ſed ad fructuum vtilitatem,hic nulla patri,vel heredi eius competit repetitio: quia onera pertinent ad eum. ⁊ idem in eo quod expendit pro datijs, ⁊ collectis , cum habet vſumfructum. ff. de vſufruct.l.ſi pendentes.§. ſi quid ⁊ ff. de impenſis.l. neque ſtipendium. ¶ Quinto quero, quid ſi pater fecit filium ſtipulari ab aliquo ſuo debitore,an videtur hoc facere animo donãdi, an videtur vti filij miniſterio ; ⁊ quod videatur donare, facit ff. de donationib.l.ſi pater.in princip.⁊ l.certi condictio. ff. de rebus credit. In contrarium facit ff. de pecul.l.fin ⁊ C. de caſtrenſi pecul.l.j.lib.xij. Solut. Oldrad.⁊ Bartol inſpici debet numerus liberorũ ⁊ quantitas patrimonij patris,⁊ quantitas quam filius ſtipulatus eſt,vel alias contraxit: ⁊ quia aut eſt parua,vel magna: ⁊ his inſpectis videtur donare,vel non. argumen. ff. de legat. iij. l.ſi filie.cum ſimilibus. Et idem tenet Jacob.de Are. in dicta l.ſi pater. Non obſtat l.fina. de pecul. vel quia ibi ſolus interuenit actus filij,vel traditionis in filium : ſed hic interuenit obligatio a filio contracta,que in iuribus pro quaſi traditione habetur,vt not.C.de dote cau.non nu.l.ſecund. Sed ego puto vt videatur adhibitus filius, vt miniſter ſi eſt filius in poteſtate.Sed ſi emancipatus : quia per eum non queritur patri, videtur adhibitus vt commodum ſentiat,⁊ ſic vt donatarius,vt dicta l.auia.§.fina.⁊ argumen ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem l. mulier. Sed in dote fauore dotis ne remaneat mulier indotata,nunquam filius preſumitur adhibitus ad ſtipulandum vt donatarius,ff.ſolut matrimon.l. que dotis ſi quando mandatum ſtipulationem precedit:quia mandatum procuratoris: ⁊ in dubio eſt ſimplex procurator,non in rem ſuam nec preſumitur donatio.ff mandati.l. idemque. §. ſi tibi [illegible] quod not.C.de donationibus inter virum ⁊ vxorem.l. ſi ſponſus. per Cy.C.de iur.dot.l.ij.⁊ de leg.iij.l.cum quis decedens.§.Scriptura.per Dyn. ¶ Additio. ¶ Uſque huc do.Bald. recapitulando epilogauit aliquas queſtiones tractatas per do.Bart.in ſuperiori tractatu,hic vero idem Bald.incipit querere.

1 ☞ Filius impendens circa perſonam patris eo viuo non petit a coherede iudicio famil.erciſ. An actione neg.geſt.⁊ nu.1.

Filius qui viuo patre res ipſius patris conſumpſit ſurripuit dilapidauit:an patre mortuo tanto minus accipere debeat,⁊ quod conſumpſit in ſuam partem computare , ſi inſtituti ſunt filij heredes ⁊ nu.34.

3 Pater ſi obligauit pro filio: an totuz ſolui debeat de parte filij.

4 Pater ſi dilapidauit , ⁊ conſumpſit bona aduentitia filij , an filius a fratribus emendationem recipiat. In aduentitijs inter patrem ⁊ filium cadit efficax obligatio.

5 Legatum ſi ſit a matre que prohibuit patri queri vſumfructum an valeat, ⁊ ꝗ.in tract. Bart.nu 14

6 Fratrum ſi vnus cum pecunia communi facit mercantiam ⁊ lucretur quando tale lucrum debeat alijs communicare ⁊ quid de damno nu.8.⁊ 32.

7 Tutor negotians cum pecunia communi pupilli,quando tenetur lucrum communicare pupillo , ⁊ videatur nomine proprio vel communi gerere,⁊ quid de damno.nu.8.

9 Fratrum duorum ſimul habitantiũ, ſi vnus poſt mortem patris facit debitum, non ſoluitur de communi, niſi ratione communis vtilitatis ſit contractum.

10 Dos recepta per alterum fratrum non reſtituitur de communi niſi probetur verſa in communi.

11 Condemnatio ſoluta per alterum fratrum non ſoluitur de communi, num. 30.

12 Frater debet militare ſuis ſumptibus, non de communi.

13 Fratrer maritat filiam de proprio, non de communi.

14 Fratres ſi ſtant ſimul, ꝛ vnus eorum lucratur ꝛ neſcitur vnde veniat, preſumitur de iure communi lucrari ꝛ communicantur.

15 Fratres ſi ſunt ſocij omnium bonorum, lucra ꝛ damna communicari debent.

16 Si vnus ex duobus fratribus ſocijs omnium bonorum emit gabellam, ꝛ promittit penam, ꝛ alter qui non emit contrauenit, neuter ipſorum incidit in penam.

17 Fratres duo ſimul ſtantes an videantur contrahere ſocietatem, ꝛ quam.

18 Tutor auctorans pupillo in his que fiunt per actum verbi debet loqui, ſecus in his que procedunt per actum fieri.

19 Fructus ex cultura prouenientes cultatiuata per fratres, quorum vnus habeat duos filios, debent per capita diuidi. ꝛ infra, numero 35.

20 Si ex duobus fratribus, vnus diues, qui poſuit pecuniam in ſocietate alter pauper, qui poſuit operam, ꝛ totum perijt, pauper tenetur ad dimidiam pecunie.

21 Fratres ſimul habitantes ſi non negotiantur, non preſumuntur ſocij.

22 Fratres ſi ſimul habitant, vel patruus, ꝛ nepotes ꝛ vnus negotiatur alter non quando preſumantur ſocij, late ſupra, nu. 6. ꝛ 7

23 Fratres preſumuntur ſocij quando ſimul habitant ꝛ ſimul negotiantur.

24 Damnum contingens in perſona vnius ex fratribus caſu fortuito, an ſit commune.

25 Fratres ſeorſum habitantes ſi ſimul negotiantur, preſumuntur ſocij.

26 Fratres ſeorſum habitantes, ꝛ viuo patre negotiantur, ꝛ lucrum communicant, an preſumantur ſocij.

27 Lucrum proueniens alteri, fratri, vel ex ſucceſſione vel propter ſtatum quod non communicatur.

28 Alter ex fratribus ſi ſunt ſocij, poteſt capi pro debito alterius ſi eſt contractum nomine ſocietatis.

29 Sumptus facti per alterum ex fratribus tam in eius perſona, quam filij vel filie ſunt ſocij omnium bonorum, ꝛ fiunt de communi.

30 Cõdemnatio iniuſte facta debet de communi ſolui, ſi ſunt ſocij generales, ſecus ſi eſt facta licite: quia de proprio condemnati. ſupra, nume. 11.

31 Si pater fecit ſumptus pro vxore alterius ex filijs, vel ſoluit condemnationem pro filio, an imputetur in eius partem.

33 Veſtimenta, anuli, ꝛ perle que fecit pater nurui, imputantur in partem filij: pro eo quod nunc valent, non pro eo quod fuerunt empte.

36 Filius expendens lucrum vndecunque proueniens in paterna familia, id non repetit.

37 Frater preſumitur amicabilior ſibi quam fratri, cum quo non habitat, ꝛ nu. 38.

1 Primo quero † Quid, ſi filius impedit ſe circa
perſonã patris eo viuo, an a co
herede recuperet? Reſpon. quod id, quod eo viuo geſtũ eſt, nõ
venit in iudicio familie erciſcunde. l. ꝛ puto. §. ſed ꝛ ſi ꝛ l. qui he
res. §. penult. ff. famil. erciſc. Sed an poſſit recuperare per actio
nem negotiorum geſtor. dixi de neg. geſt. l. filius pro patre. Sed
2 quid, ſi filius † non geſſit negotia patris, ſed viuo patre res pa
tris dilapidauit, ꝛ cõſumpſit ꝛ ſurripuit ꝛ luſit, ꝛ poſtea deceſſit
pater omnibus filis heredibus inſtitutis, qualiter fratres dicũt
quod tanto minus accipiat, ꝛ ſuam partem computet, an poſ
ſunt ad hoc eum cogere? Videtur quod non, quia damnum da
tum in vita patris non venit in iudicium familie erciſcunde. d. l.
ꝛ puto. §. ſed ꝛ ſi. Item pater videtur ei remittere ex cõiunctio
ne perſonarũ, vt ff. de probationib. l. Procula. Et ideo videtur,
quod licet pater nil dixerit in teſtamento, quod fratres non poſ
ſunt aliquid petere. d. l. omnimodo. C. de inoffic. teſtamẽ. in fin. l.
¶ In contrariũ videtur, ff. de pact. l. tres fratres. Sꝫ dic ſecun
dum Guliel. aut filius iſte erat emancipatus, ꝛ tunc ſiue conſi
deretur crimen, ſiue pena, ſiue obligatio ſiue conſtitutio, omnia
iſta ſtatim ſunt nata, vt ff. de furt. l. ſi quis vxori. §. j. ideo cum a
ctio fuerit queſita patri, ipſo moriente tranſiuit ad heredem, ff.
de priua. delic. l. j. ꝛ ideo ad quemlibet pro hereditaria portio
ne eſt queſita, C. de hereditaria actio l. ſi adulta. ſed ſi ille filius
erat in poteſtate, tunc actio non erat nata, ſed obligatio natu
ralis. l. ſeruus ꝛ filij. ff. de furt. ꝛ dicit ipſe Guliel. qđ cum non fue
rat actio nata, ſed tantum pater naturaliter obligatur, quod he
redibus non ſubuenitur iure actionis, ſed ope exceptionis cõ
penſationis ſi forte alij percepiſſent fructus vltra quã deberẽt:
ꝛ ideo ſi agant condictione indebiti, poterũt opponere cõpẽſa
tionẽ. ff. de cõdictione indebiti. l. frater a fratre. in prin ff. de con
pẽſatio. l. id quod natura. ꝛ ff. de neg. geſ. l. iij. §. pupillus. Et in
telligo quod veniat in compenſatione ſolum ſimplũ, nõ duplũ,
vel quadruplum, ſecundum Gabriel. argumento. ff. pro ſocio. l. ſi
id quod. ff. familie erciſcũde. l. damno commiſſo. Non obſtat d. l.
tres fratres. quia ibi factum fuit furtum poſt mortem patris, vt
C. familie erciſcunde. l. aduerſus. de quo per Guliel. in lege, certi
3 iuris. eodem titulo. ¶ † Sed quid ſi pater ſe obligauit pro filio,
an totum ſolui debeat de parte filij? Reſpondeo, non, ſed om
nes debent ſuſtinere, dicta l. ſi filius. §. idem ſcribit. ꝛ §. Neratius.
ꝛ ff. de muneribus ꝛ honoribus l. iij. §. finali. ſecundum Guliel.
in dicta l. certi. hoc verum ſi pater ſuſcepit in ſe obligationem fi
lij, ductus pietate paterna. C. de poſtli. reu. l. ſi liberum captum.
Sed ſi ex neceſſitate dictante ſtatuto pater fuit captus pro filio,
dic vt no. C. de decu. ſuper rub. li. x. tũc non preſumitur patris li
beralitas erga filium, ſed preſumitur quedam neceſſaria geſtio
negotiorum, argumento d. l. nam ꝛ Seruus. in princ. ff. de nego.
geſt. Nã in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. ff de adim. leg.
l. rem legatam. Ex iſta ergo geſtione eſt naturalis obligatio in
ter patrem ꝛ filium que tranſit ad heredes. Et facit ad predicta
ff. de liber. cau. l. agitur. in ſui ratione. ꝛ quod no. Doctores de eo
qui cogitur ſoluere condemnationem alterius, vt l. ij. §. fin. ff de
4 verb. oblig. ꝛ quidam ponunt in l. iiij. §. Cato. eod. ti. † Sed quid
ſi filius habeat bona aduentitia, ꝛ pater ea dilapidat, ꝛ ea cõſu
mat, ꝛ filius vult ea emendari a fratribus, an poſſit? Et videtur
quod non: quia non cadit inter patrem ꝛ filium, etiam ex iuſta
cauſa naturalis obligatio, ꝛ ideo lex ſtatuit quod tali patri aufe
ratur adminiſtratio, non autem interponatur cautio. l. Impe
rator ff. ad Trebel. ꝛ argumen. C. de ſenten. paſ. l. fi. In cõtrariũ
videtur, nam inter patrem, ꝛ filium cadit efficax obligatio ex
cauſa aduentitia, iuxta not. ff. de fideiuſ. l. ſi quis pro eo. §. j. Hic
ergo naturalis obligatio tranſit ad heredem patris ſaltem in
ſimplum. Si autem pater non habet vſumfructum, quia ille qui
legauerat prohibuerat vſumfructum queri patri. C. de bo. que li
ber. authentica, excipitur. ꝛ tũc, quia pater deliquit preciſe in re
aliena, tenetur vt quilibet extraneus: ꝛ ſic tenetur filio emanci
pato, vt dixi C. de dol. l. ſi ſuperſtite. Sed ſi pater habet vſum
fructũ rei, tunc debet diſtingui modus dilapidationis, qui aut
cõcernit ſolos reditus, aut rei perpetuã deteriorationẽ, vel into
lerabilem etiã leſionem. Primo caſu nõ tenetur pater, qꝛ de eo
quod committit circa reditus, non tenetur filio reddere ratio
nem. C. de bo. que liber. l. cum oportet. §. cum autem. quia non te
netur hos fructus filio conſeruare. Sed ſi pater rei ſubſtantiam
diſſipat, tũc tenetur de eo reddere rationem, vt l. fin. §. ſed cum
tacita. C. de bon. que. liber. quia tenetur ſecundum iſtam ratio
nem proprietatem ſeruare filio illeſam, ideo in matre dilapi
dante bona filij, in quibus habet vſumfructum, diſtingue eo
dem iure. C. de ſecund. nupt. l. hac edictali. §. omnibus. Sed iu
5 xta predicta † incidenter queritur, mater reliquit filio legatum, ꝛ
prohibuit patri queri vſumfructum, an poteſt hanc legem in le
gato ponere. Bar. mouet hanc queſtionem in dicto tractatu. ꝛ
gl. in auth. vt lice. mat. ꝛ auie, dicit, quod patri non queritur vſuſ
fructus, cũ diſpoſitio valeat: qꝛ per hoc non grauatur filius, imo
eius conditio ſit melior. ff. de vulgari ꝛ pupillari. l. cum ex filio. ꝛ
C. de inoffic. teſtamen. l. filijs matrem. Sed tex. in d. authent. tã
in rubro quam in nigro, innuit expreſſe cõtrarium, quare Bart.
dicit, aut eſt filius inſtitutus ſub conditione ſi pater renunciet
vſumfructum, ꝛ valeat inſtitutio d. l. filijs matrem. ꝛ exiſtente cõ
ditione per patris renunciationem, certum eſt qđ patri nõ que
ritur amodo vſuſfructus quia pater renunciauit. Aut inſtitu
tio eſt pura, ſed per modum precepti adijcitur, ne ad patrẽ per
ueniat vſuſfructus, ꝛ tunc filio adeunte pater habebit vſumfru
ctum in legato, in quo teſtator nequiuit talem legem imponere.
Nam non poteſt facere quis, quin leges habeant locum in ſuo
teſtamento. ſic intelligit bar. tex. d. auth. Sed dic, qđ iſta diſtin
ctio non eſt bona quia quod non poteſt fieri per modum diſtin
ctionis, lege prohibente, non poteſt fieri per modum conditio
nis, ff. ad legem Falcidiã. l. Seius ꝛ Augerius. ¶ Item in pri
mo membro non dicit verum quia cum conditio non ſit poteſta
tiua, teſtamentum eſt nullum ratione preteritionis, vt ſaltem
oportet quod conditio remoueatur de medio, ꝛ inſtitutio rema
neat pura. C. de inofficioſo teſtamento. l. quoniam in prioribus.
Tenet ergo ſimpliciter gl. qđ licet vſuſfructus queratur patri

teſtatore tacente, ⁊ rem admittente ex improuidentia legis, ſe-
cus tamen eſt, ſi ipſe teſtator prouidet, d. auth. ẽt excipitur. Et ſi
dicas etiam legitime non poteſt imponere legem. Reſpõd. ve-
rum eſt de lege grauaminis, ſecus fauoris ſic. ¶ Item non impo-
nitur legitime, ſed patri, cui ab vxore non debetur legitima. ⁊
ita concludo. ¶ Circa ſecundam partem huius tractatus, ſcili-
a cet de his que contingunt poſt mortem patris, quero primo[a],
6 †ſi vnus fratrum cum pecunia hereditaria facit mercantiam,
⁊ ex his lucratur, an debeat alijs communicare? Solut. huius
queſtionis patet ex his que dixi. C. commun. vtriuſque iudic. l.
ſi patruus, quia videndum eſt, an faceret nomine communi, an
proprio: Et cum iſta queſtio de facto contigiſſet, dicit Bartol.
quod fecit ſibi oſtendere librum rationum, quo continebatur ſic
in principio, hic eſt liber mercantie Petri, ⁊ fratrum de tali lo-
co. Et ex hoc dicit apparere, quod facit nomine communi mer-
cantiam, argum. ff. de negot. geſt. l. Meſennius, ⁊ ideo lucrum erit
communicandum. Sed ſi hoc nõ apparet nec alteri fratri erat
tutor, vel curator, ⁊ tũc lucrum debet eſſe ſuum proprium. ff. de
adminiſtration. tutor. l. Titium ⁊ Meuium. §. altero. ſed ſi tutor
eſſet vel curator, tunc lucra que faceret ex paterna pecunia, de-
bent eſſe communia, ſecus de lucro quod fiat ex pecunijs reda-
ctis ex mercantia, cum quibus aliquid ſibi emit. Nam pecunia
redacta ex mercantijs communibus non eſt communis, vt dicit
7 gloſſ. in dicta l. ſi patruus. Et predicta, que dixi †in tutore ⁊ cu-
ratore, dic tunc eſſe vera, ſi conſtat prius quod facit nomine pro-
prio. Nam in dubio preſumitur facere nomine communi ratione
officij, ⁊ communionis, argument. ff. quando ex fac. tut. l. poſt
mortem. §. j. quod hic aliter non examino, ſed Bartol. in. §. al-
tero. dicit quod cum tutor facit ad id quod tenetur, nec poteſt
facere pro pupillo, preſumitur facere nomine proprio. Sz quã-
do facit quod poteſt facere nomine communi, tamen tenetur fa
cere nomine communi, ſi non vult, preſumitur facere nomine
proprio. Sed tutor non tenetur facere negotiationem niſi teſta
tor precepiſſet, imo pecuniam conuertit in emptionem predio-
rum, que non ſubiacẽt periculo caſus fortuiti, vt in authentico,
vt hi qui ſe perhi. res mi. ha ob. §. quoniam autem. ⁊ ff. de admi-
niſtra. tutor. l. ita autem. in princip. ⁊ regula eſt, quod quando po
teſt facere nomine ſuo, vel pupilli, ſimpliciter faciendo intelligi-
tur nomine ſuo. Nec obſtat d. l. poſt mortẽ, qr illud intelligitur
quando facit mentionem tutele, ſecundum Bartol. Sed poteſt
dici quod aut iſte tutor negotiabatur negotiatione inſolita pa-
tri pueri, quia pater pueri nunquam fuerit mercator, ⁊ tunc in
dubio videtur nomine proprio gerere, quia in dubio non preſu
mitur in culpa, quia quedam culpa eſt agendi negotia inſolita.
ff. de negot. geſt. l. ſi negotia. Aut continuat negotia ſolita, non
autem aggreditur inſolita, vt ſi erant duo fratres qui faciebant
inſimul mercantiam, ⁊ vno defuncto aliter continuat ſuperſtiti
bus filijs fratris indiuiſam ſubſtantiam poſſidentibus, ⁊ tunc
videtur eodem modo cõtinuare, vt ff. de neg. geſt. l. nam, ⁊ Ser-
uius. §. ſi viuo Titio. quia primordio tituli poſterior probatur
euentus, vt C. de imp. lucra. deſcr. l. j. lib. x. ar. l. ſi vni. § Nerati⁹.
⁊ ff. pro ſocio. l. actione. §. morte. verſicu. ſed quod ex re. Sz ex re
communi non diſtinguitur an ex prima inchoata aliquid perue
nerit, an ex ſepius repetita quia natura huius actionis, vt id
quod poſteriori loco ſequitur, ſemp loco prioris ſubrogetur, ff.
8 de pig. l. qui tabernam. in princip. Sed hic quero dictum †eſt d
lucro quid de damno? Reſpon. ſi proprio nomine facit, eſt pro-
prium, ſed ſi nomine communi, tunc aut eſt aggreſſus ſolita diſ-
crete operando, ſicut diligens paterfamilias, ⁊ tũc damnum eſt
commune, quod incidit in re communi, aut inſolita inchoando,
⁊ tunc imputet ſibi, d. l. ſi negotia. ⁊ not. in d. §. quoniam in gl. in
verb. neceſſitatem incip. quid ergo. Ita dicit Bart. in §. altero.
In dubio autem dicitur, quod quando videtur facere nomine
communi idem enim eſt ac ſi expreſſe nomine communi negotia
retur, arg. ff. de inſtit. l. Lucius. ſed ſi preſumeretur facere nomi
ne proprio, ſibi imputetur. Nam ſicut non diuidit lucra, non de-
bet communicare damnum, arg. ff. pro ſoc. l. ſi nõ fuerint. §. Ari
9 ſto. Et no. †quod de materia duorum fratrum ſimul habitan-
tium not. in Spe. in titu. de iud. §. ſequitur. verſi. quid ſi duo fra-
tres. vbi dicit, quod ſi ſunt duo fratres ⁊ vnus facit debitũ poſt
mortem patris nõ debet ſolui de communi, niſi ratione commu
nis vtilitatis ſit contractum vel ratione ſocietatis, quod non
10 preſumitur, niſi probetur. † Itẽ dicit, quod ſi vnus ex fratribus
recepit dotem, non reficiet de communi, niſi quatenus probatur
verſum in rebus communibus, vt eo. § verſic. quid ſi communio
11 ne. Item dicit, †quod ſi vnus ex fratribus ſoluit condemnatio-
nem occaſione delicti, damnum eſt proprium nec cõmune. eod.
12 §. ver. quid ſi alter. Item dicit, †quod ſi vnus militat, debet mi-
litare ſuis ſumptibus, non de communibus. eod. § verſic. quid
13 ſi vnus ex coheredibus. † Item, quod ſi vnus fratrũ habet filiã
maritandam debet eam de proprio maritare, non de communi,
eo. §. verſ. quid ſi vnus ex fratribus. niſi aliud inter eos eſſet cõ-
14 uentum, vt ff. pro ſoc. l. ſi ſocius pro filia. † Item dicit quod ſi fra-
tres diuiſerunt ⁊ quilibet ſtat per ſe, quilibet ſibi lucratur, merca-
catur, ⁊ negotiatur: ſed ſi ſtant ſimul, ⁊ alter eorum cum pecunia
lucratur, ⁊ neſcitur vnde veniat preſumitur de communi eueniſ-
ſe, ⁊ lucrum debet cõmunicari, eod. §. verſi. vt autem circa. Sed
cur hoc dic vt dixi in d. l. ſi patruus declarando intellectum il-
lius l. ⁊ d. §. altero. ⁊ vide Specul. in d. §. ſequitur. verſ. quid ſi al-
ter. Et predicta ſunt vera, vbi nõ conſtat de ſocietate inter eos
15 contracta. Sed vbi †apparet quod eſſent ſocij omnium bonorum
idem per omnia dicendum eſſet quod in extraneis ſocijs: qr eſ-
ſet participandum lucrum, ⁊ damnum, que ius ⁊ natura ſocieta-
tis participari vult, vel iubet vel ſuadet, ſicut de dãnis cõſtat,
ff. pro ſoc. l. cũ duobus. §. damna. ⁊ §. quidam ſagariam. ⁊ verſic.
per cõtrariũ quoque. ⁊ eod. ti. l. ſi igitur. Sed de lucris apparet
in d. l. duobus. §. ſi duo fratres. in princ. ⁊ §. item Papinianus
⁊ §. fin. verſ. ⁊ Attilicinus. l. adeo. §. quod in aliena. cũ ſimil. Sz
16 pone †quod ſunt duo fratres ſocij omnium bonorum, vnus emit
quandam gabellam a Communi, ⁊ promittit certam penam, al-
ter frater venit contra illum contractum, queritur an per hoc
incidat in illam penam? Reſpon. non quia ille qui contrauenit,
non incidit in penam: quia non obligatur. ff. pro ſoc. l. iura ſocie-
tatis. ⁊ quod not. in d. §. ſequitur. verſic. quid ſi duo fratres. Sz
alter qui eſt obligatus, non incidit, quia nõ contrauenit, vt not.
17 ff. de ali. iur. l. quia etiam. §. opus. † Sed an duo[b] fratres ſtando
b ſimul videantur contrahere ſocietatem? Et reperitur quedam
additio originaliter ex dictis Iac. d Are. aliqualiter extẽſa per
Richar. ⁊ Old. eius diſcipulos, qui dicunt quod duo fratres ſi-
mul ſtando communicando lucra tacite ſocietatem contrahere
videntur, arg. ff. pro ſoc. l. coiri. Item ſicut tacito diſſenſu diſſol-
uitur, ita tacito conſenſu cõtrahitur. ff. pro ſoc. l itaqz. Sed bar.
dicit quando plures fratres ſtant ſimul, aut nullus negotiatur,
aut alter tantum, alter non, aut omnes. Primo caſu non poteſt
dici contracta ſocietas, licet hereditatem paternã, ⁊ maternã
teneãt ſimul, ⁊ indiuiſim, ⁊ d. l. ex pte §. ſi fratres. ⁊ ff. fam. ercif.
l. ex parte §. ſi filius. Secundo caſu idem; nam non poteſt videri
contracta ſocietas. Nam ex hoc ille, qui negotiatur, magis vide
tur donare quam ſocietatem contrahere, ergo non preſumitur
talis donatio ff. pro ſocio. l. qui ita. Tertio caſu dic, qđ ſi alter
eorũ eſt pupillus, non poteſt dici cum eo cõtracta ſocietas: quia
hoc nõ poſſet expreſſe. ff. pro ſoc. l. vt in cõductionibus. ergo nec
tacite. ff. loc. l qui ad certũ. Sed quid, ſi vterque eſt maior? Dic
quod ſi ponit lucrum in communi, quod ex hoc preſumatur con
tracta ſocietas, non tamen omnium bonorũ, vt quidam dicunt,
ſed que ſunt illius mercantie, vide omnino Bar. in l. j. §. ſi quis
hoc interdicto. ff. de itin. actu priua. vbi tenet primo, quod ſit cõ
tracta ſocietas, per rationes ſupra factas per doc. ar. l. in lege. ff.
de rit. nup. ⁊ ff. de concub. l. in concubinatum. Item qr talis com
municatio non poteſt intelligi aliter fieri quã circa nomẽ ⁊ ius
ſocietatis ⁊ ideo preſumitur ſocietas arg. ff. de acquir. here. l. pro
herede. §. Papinianus. Secundo, quod non probetur ſocietas
illius mercantie tantũ pbatur, quia actus noſtri volũtarij non
extenduntur vltra ea que geruntur. ff. de itin. act. pri. l. j. §. Iulia-
nus. Sed Bar in d. §. altero. ⁊ in d. l. ſi patruus, dicit, quod
iſta ſunt notanda. Sed ego dico in primo membro, qđ ſi vnus
negotiatur, poteſt ex actis apparere ſocialis effectus ſicut
inter nobiles qui nõ faciunt mercãtias queſtuarias: tamẽ quę-
cunque bona, quecunque ſalaria, quaſcunque dotes acquirunt
cõmuni conferunt. Nemo enim poteſt negare hic eſſe ſociales
actus, ex quibus preſumitur intentio, ⁊ volũtas vt dicit Iacob.
Are. ⁊ Old. ad qualitatem enim actuũ decurritur. Talis enim
preſumitur modus qualis ex actib⁹ poteſt colligi. ff de acquir.
here. l duo fratres, C. de inſtit. ⁊ ſubſti. l. reprehẽdenda. vbi dicit
gl. in verb. comprobaſti. quod facto datur voluntas intelligi. ar
gu Inſti de re diui. §. ceruos. Nam in brutis animalibus actus
⁊ conſuetudo qualitatem naturalis inſtinctus oſtendunt. Simi
liter dico quod ſi vnus negotiatur, alter non, tamen ille qui non
negotiatur omnia illa que obueniunt ſibi, puta ex reditibus pre-
bendis vel donis, ponit in cõmuni, ⁊ ſic faciunt hinc inde. ita
preſumitur ſocietas ex actibus reciprocis ſocialibus. Idem eſt
etiam, ſi vnus negotiatur in vna arte mercantie, alter in altera,
vt in aduocatione, vel tabellione lucrorum communicatio ſocie-
tatis inchoatio ſequitur. Nam ex ſui natura hi actus ſocietatis
inferunt, quia ordinantur per ipſam ⁊ per hoc ab effectu appa-
ret ſocietas. Itẽ dicit, quod ſi vnus ſit maior, alter pupillus ſi
pupillus habet tutorem qui communicat, ⁊ ei communicatur,
quod ſocietas contrahitur, quia poteſt contrahi cũ authoritate
18 tutoris. Et ſi dicas, †quando tutor authorizatur, eſt opus quod
loquatur. ff. de author. tutor. l. j. in fin. Reſpon. illud eſt verum in
his

bis que procedunt per actum verbi,ſed in his que dicuntur per
actum fieri,non eſt opus tutoris ſermone,vt ff.de contrahē.em
ptio.l.fiſtulas.§.fundum.Quod autem dicit Barto.quod ſocie-
tas tacite reſtringitur ad actus ſociales eſt verum in actibus
vniformibus,ſed in difformibus,licet varietatem in ſe habenti-
bus,puto quod per talem actum preſumantur ſocietates gene-
raliter contracte, quando ſe indifferenter habent, ⁊ indefinite.
vnde ex actibus, ita promiſcuis indifferentibus preſumo ſocie-
tatem generaliter contractam. Item in predictis non conſide-
ro,an vnus plus lucretur, vel expendat quam alter, quia in ſo-
cietate generali hoc non attenditur, ſed omnia ſunt equaliter
c diuidenda vt ff.pro ſoc.l.ſocius pro filia.Sed pone[c] † quod erāt
19 duo fratres ruſtici qui tenebant terras ad laborādum, ⁊ vnus
habebat duos filios laboratores ⁊ omnes laborabāt, queritur
de fructibus ex cultura prouenientibus, quomodo diuidantur?
Reſpon.in capita.quia ſocietas reſtringit capita eorum qui o-
peras ponunt in ſocietate pretij, ponendo ergo quod oēs ſunt
in eo actu laboratores, vel operarij, cuilibet dabitur pars, nec
dʒ nocere his duobus filijs quod ſint filij,ex ſuis enim laborib⁹
ſibi querere poſſunt l.cum oportet.§.ſic enim.C.de bo. que lib.
20 †Sed pone de facto duo erant fratres vnus diues, alter pau-
per,poſuit diues in ſocietate quinq;, pauper vero operam per-
ſonalem.⁊ cum diu duraſſet ſocietas vno ponente operam tan-
tum,altero quinq;.⁊ omnia pereant, queritur an iſte qui poſuit
operam tantum teneatur ad aliquid alteri,⁊ quod teneatur ad
dimidium capitalis amiſſi alteri fratri facit l. cum duobus.§. ſi
in coeunda.ff.pro ſoc.⁊ ſic tenet Jacob.in l.prima.C.pro ſocio.li
cet gloſſ.videatur ibi aliter dicere.Et ſi dicas quod iſtud videt
iniquum quod iſte perdat totam operam,et dimidiam pecunie.
Reſpondeo.illa opera in ſocietate facta iam erat facta commu-
nis, vnde nil perditur quod non ſit commune vni.ſicut alte-
ri.Itē talis opera eſt repetibilis.ff.de condictio.indebi.l.ſi non
ſortem.§ libertus.Item non ob.quod debitor quātitatis reſpe-
ctu certe ſpeciei liberatur eius interitu.l. in naue Sauphei.ff.
loca.quia ſpeciale eſt in ſocietate quod periculum caſus fortuiti
21 ſit commune.d.§.ſi in coeunda.⁊ d.§.fin cum ſi.†Sed an fratres
qui ſimul habitant. ſi non negotiantur preſumantur ſocij? Re-
ſpon.ſi nil negotiantur,non quia tacite ſocietas non pōt intelli
22 gi vbi nō eſt commercium,vt ff pro ſoc.l.nec adiecit.†Quero,fra
tres,patruus,vel nepotes, ſimul habitant, tamen vnus nego-
tiatur,alter non,an preſumātur ſocij? Reſpon.aut qui negotiat
facit nomine proprio,vel communi.ſi proprio non videntur ſo-
cij.ff.de adminiſtra.tuto.l. Titium ⁊ Meuium. §.altero. ſi com-
muni,iudicantur ſocij.ſed quid, ſi alter eorum eſt pupillus, qui
non poteſt contrahere ſocietatem.Dicit Bartol.quod non eſt
ſocietas,q: non poſſet expreſſe cōſentire,ergo nec tacite.ff. loc.
l.qui ad certum.ſed quod nomine pupilli fuerit vtiliter geſtum
23 poterit habere ratū.ff.de nego.geſt.l.ſi pupilli in princip.†Sed
quid ſi fratres ſimul habitant.⁊ ſimul negotiantur? Reſpon. pre-
ſumuntur ſocij,⁊ ſi indifferenter omnia communicant, preſumit
24 ſocietas generalis.†Sed an damnum contingens in perſonā
vnius ex fratribus ex caſu fortuito quia captus ab hoſtib⁹, vel
ob eius maleficium ſoluit de communi an erunt hic damna cō-
municanda?dic vt l.cum duobus.§ idem Papinianus. ⁊ §.fin.
25 ⁊ ff pro ſoc. †ſed ſi in vna ſpecie, ad vnam tantum preſumunt.
ff.pro ſoc.l.cum duobus. §.duo. quod enim ex actibus pendet,
ex actibus limitatur.ff.de legi.l de quibus.in fine. ⁊ ff. de itine.
actuque priua.l.j.§.Julianus.ſed an fratres qui habitant ſimul,
⁊ ſeorſum negotiantur preſumantur ſocij? Reſpond.ſic.quia ha
bitatio ſeorſum facta non derogat ſocietati, vt ff.quod cuiuſque
vni.no.l.j.in princip. Sed an fratres qui habitant ſeorſum, et
negotiantur viuo patre ⁊ lucrum communicant, dicantur ſocij?
Reſpon.aut referunt queſtum adinuicem,aut patri.Primo ca
ſu preſumuntur ſocij,ſecundo non facit ad hoc ff.de eden.l.pre-
26 tor.§.ij.†Viſo autem quando hi preſumuntur ſocij, videndum
eſt que veniunt communicanda.Et primo quero,ſi vnus fratrū
ex ſucceſſione vel dotis partē lucretur ex forma ſtatuti, an de-
beat fratri communicare.Reſpondeo non, quia quando lucrat
aliquid viuo patre, debet tanquam aduentitium percipere,
text.eſt C.de coll.l.fin. multo magis patre mortuo, quia tunc eſt
plenior ſua acquiſitio.⁊ facit ad hoc, d.l.nec adiecit. ⁊ vide quod
not.per Cyn.C.fami.erciſ.l.ij.⁊ quod not.ff.de caſt.pec.l.dotem.
27 †Quero quando fratres ſunt ſocij,an vnus poſſit capi pro de-
bito alterius? Reſpōdeo primo,aut debitum eſt contractum no
mine ſocietatis,⁊ vterq; tenetur.Facit quod not.Cyn.C. ſi cer-
tum petatur.l.cum te.⁊ argumē ff.de pactis. l.item magiſtri. et
quod not.ff.pro ſocio.l.tertia,in gloſſ. Secundo aut eſt contractū
nomine proprio ⁊ tunc alter non poteſt conueniri, facit quod
28 not.ff.pro ſocio.l. ſi ſocij ſimus. †Sed an ſumptus[d] qui fiunt ex
d perſona vnius fratris, vel filij vel filie ipſius debeant fieri de
communi:⁊ loquimur in ſumptibus honeſtis. Reſpond.non, niſi ſint
ſocij oīm bonorum.ff.pro ſocio l.ſi ſocius pro filia. Ex hoc ap-
paret quod filius fratris debet ſtare in ſtudio ſumptibus pris,
non de communi patrimonio,ſimiliter debet dotare filiā de bo-
e nis paternis[e] non de communibus Item ſi ducat vxorem, de-
bet fieri ſumptus de ſua parte, niſi ſint ſocij omnium bonorum.
29 ff.de muneribus ⁊ honoribus.l.⁊ qui originem.§.fin. † Sed,an
ſi vnus frater ſoluit condemnationem teneatur alter cōtribue-
re iure ſocietatis? Reſpon.non,ſi fuerit licite condemnatus, ſe-
cus ſi iniuſte:quia tunc debent ſolui de communi, ſi erant ſocij
generales,alias non. d.l. ſi fratres. §.idem Papinianus. et §.
per contrarium quoque,cum gloſſ.in verb.conſecuturum. et §.
30 cui congruit. † Pone quod pater ſoluit condemnationem filij,
f vel ſumptus[f] fecit in vxorē illius,puta in conuiuijs, an hoc im-
putandum ſit in partem illius? Reſpond. in condemnationem
eſt text.quod no.C.de capti.l.liber captus ab hoſtibus.⁊ quod
no.ff.de condic.indebi.l frater a fratre.⁊ per Gulielm.⁊ Jac. de
Are.in l.dominus.C.loca. Sed de ſumptibus no.gloſſ. in d.l.⁊
qui originem.§.fin.⁊ quod talia non imputentur,facit ff. māda.
l.creditor.§.j.⁊ de neg.geſt.l.Meſennius.niſi filius habuiſſet pa-
trimonium ſeparatum a patre, de quo patrimonio preſumetur
31 pater impendiſſe.ff.de petio.here.l.fin. † Sed an ſingula[g] veſti-
g menta,anuli,⁊ perle p̄tioſe, que facit pater nurui, imputētur in
partem filij? Reſpon.ſic,inquantum valeant nunc,non in quan
tum fuerunt empte,quia iſte res non preſumuntur donate,ſed
commodate vt ff.commoda.l.ſi vt certo.§.interdum.niſi magna
dignitas, ⁊ multitudo diuitiarum facerent preſum contrariū.
ff.de lega.iij.l.ſi filie,de dona.l.ſi filius.⁊ vide ad materiā quod
not Specula.de iud.§.ſequitur.verſic.quid ſi duo fratres, cum
32 multis verſi.ſequen † Item vide Cyn C.de rei vxo.actio.in l.v-
nica.§.accedit.in vlt.queſtio. vbi querit, an frater, qui dotat ſo-
rorem poterit in partem illius imputare tempore diuiſionis.
33 † Item vide Guliel.in l.fina.C.famil.erciſcun. vbi tractat, an li-
bri empti a patre ſint communicandi fratribus? Et quod not.
34 gloſſ.C.ad Macedo.l macedoniani.† Item vide quod no. Gu-
lielm.C. fami.erciſcund.l.certi iuris.⁊ ibi gloſſ. vbi querit, quid
ſi vnus filiorum furatur grana patris,an patre mortuo teneatur
ſibi imputare in legitimam? Item de debitis queſitis viuo pa-
tre,an eo mortuo debeant eſſe communia hec eſt proprie mate-
ria.l frater a fratre.⁊ C.fam.erciſcū.d.l.certi. Item vide Specu.
in titul.de teſte.§.j.verſic.ſed nunquid.vbi dicit,quod frater po
35 teſt eſſe teſtis pro fratre.† Itē adde[h] quod dixi ff.pro ſocio.l.ſi
h ſocietatem mecum.⁊ ibi dixi quod ſi ſunt fratres ruſtici,⁊ vnus
habet filios quotidie laborantes in agro,qui communiter labo
rant,alter non habet filios quod ille qui habet filios,quia plus
ponit de opera,plus debet percipere in diuiſione fructuū:⁊ il
lud plus intelligitur arbitrio boni viri, per operarum qualita-
tem. Item de his que vnus filiorum lucratur viuo patre, quid
iuris ſit eo mortuo?vide C.de bonis que liberis.l.cū oportet.§.
36 primo.⁊ dicit Nicola.† Mata.in d.l.cum oportet.quod quodcū
que lucrum ſit commune ex opera quacūque,ſi filius ponit ī cō-
muni expendendo in paterna familia,quod non repetit,quia ap
paret quod non voluit ſibi querere,ſed patri referre, argumen-
to C.de bonis que liberis.l.finali.in principio.tamen non firmo
preciſe.Item vide quod legitur,⁊ no.C.commu.vtriuſque iud.l.
ſi patruus.⁊ circa ea, que viuo patre contingunt, vide ff. famil.
erciſcun.l.fina.⁊ l.ex parte.§.fina. Item vide l.cum allegas.C.de
37 ca.pec lib.duodecimo,vbi dicitur, † quod frater habitans cum
fratre preſumitur amicabilior ſibi quam illi cum quo non habi-
tat. Item ſi vnus frater expendit in edificijs, habuiſtis de neg.
geſt.l.ex duobus.in prin.

ADDITIONES.

a T.D ❡Quero primo.Vide Bart.in l.Titium ⁊ Meuium.§.
altero.ff.de adminiſt.tuto.⁊ ibi apoſtillam.in verbo ⁊ ideo.

b ❡Sed an fratres.De veritate iſtius queſtionis vide Alexā.
in l.cum duobus.§.Papinianus.ff.pro ſocio.⁊ in l.Titiū ⁊ Me
uium.in §.altero.in additionibus Bar.ff.de adminiſtra.tut.in
verſi.contracta ſocietas.⁊ dominum meum Peruſinum do.Pe
trum.Corne.in conſilio cxxij.in ſecundo volu.incip.circa preſen
tem in princ.⁊ Jaſon.in l.vt nemini.C.de coll.

c ❡Sed pone.Vide Bal hic in fin.tracta.⁊ ibi ſcripſi.

d ❡Sed an ſumptus.Vide Alex.de Jmol.in conſi.lxx.in v.vol.
incip.caſus talis eſt.

e ❡De bōis paternis.Sed quid vbi ſunt plures ſocij omniū bo
norum an debeat attendi quod vnus faciat maiores expenſas ī
domo quam alius vel quod vnus plus lucretur quam alter, vi-
de Bart.hic.⁊ vide Bald.in l.ſi patruus.C.commu. vtriuſque
iud.⁊ Pe rus de anch.conſilio ccciij.incip. materia de qua que
ritur rō eſt noua.Ludo.Roman in cōſ.clxxij.incipiē.in propo-
ſito themate.in vlt.dub.⁊ plene per Jaſ.in l.vt nemini.C.de col.

v

f ¶Sumptus. Vide Barto. in l. ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſolu matrimo. ⁊ ibi doctores ⁊ ibi ap. ⁊ Bald. in authen. ex teſtamento. C. de colla ⁊ in authen. niſi rogati. C. ad Trebellia. ⁊ in authen. ⁊ captiui. C. de epiſcop. ⁊ cleri. ⁊ in l. filiȷ C. fam. erc. ⁊ in l. ij. §. j. ff. ſolut. matri. in l. ſcimus. C. de inoffi. teſt. ⁊ Alex. in l. in quartã. ff. ad l. fal. in verſi quantum. ⁊ in verſi. ad pecuniam.

g ¶Sed an ſingula. Vide Alexand. in l. in rebus. §. ſeruus. ff. ſo. matrimonio.

h ¶Item adde. Nõt. de duobus fratribus, qui habent filios, ⁊ laborant. ⁊ adde Bald. ſupra in iſto tractatu, in verſi. ſed pone. ⁊ Bal. in l. ſi patruus. C. commu. vtri. iudi. ⁊ in l. j. in xj. queſt. C. p ſocio. Ang. in l. ex duobus. ff. de neg. geſt. cum concor. de quibus per Iaſ. in l. penul. C. de collat. cui adde. Bar. in conſil. clxxxvj. incipien. Cucciarellus ⁊ Bald. in conſilio cccliij. in ſecundo vol. inci. iſte querit. vide Angel. de Aret. in §. actionum. Inſtitu. de act. ⁊ Pe. de Vbal. dominum meum in iure canonico. Peruſi. in ſuo tract. de ſocietate. in quarta parte principali. ⁊ in queſtione ſeptima, octaua, ⁊ nona. ⁊ in ſexta parte in xxiij. queſt. Et vide plene Alex. in conſi. lxxviij. in quinto volum. incip. circa primum. ⁊ in conſilio cxxxv. in ſecundo volu. inci. titulus queſtiõis talis eſt, ⁊ in conſilio xcix. in eodem volu. incip. habita ſup narratis. ⁊ ita conſului in cauſa magna, in Ciuitate Eugubij.

¶Expletio Baldi ſuper Tractatu de duobus fratribus ſimul habitantibus.

Tractatus de Tyrannia.

1 ¶Tyrannus a Tyros Grece. quod latine dicitur fortis, ſiue anguſtia.
2 Tyrannus eſt qui communi Reipu. non iure principatur.
3 Verba Gregorij pro lege ſeruanda ſunt.
4 Superbia radix omnium malorum.
5 Tyrannus alius prouincialis, alius ciuitatis, alius domus, alius ſuſpſius.
6 Tentans vel procurans Tyranniam punitur licet non perfecerit.
7 Tyrannicus actus ſpecialiter conſiſtit in affligendo ſubditos
8 Tyrannia non datur in vicinia, nec villa vico, vel caſtro.
9 Aſſumens ſibi poteſtatem, vel preeminẽtiam in vicinia, vel parte ciuitatis, quod vniuerſitas nihil poſſit, niſi quantum ipſe velit dicitur Tyrannus.
10 Exiſtens in caſtro ita forti quod ciuitati rebellat dicitur tyrannus ⁊ ita in vico ⁊ in villa.
11 Tyrannus in domo propria quis eſſe poteſt.
Si aliquis de domo facit contractum cum tali reſcinditur.
Quis dolus, vel metus requiratur.
Abbas intruſus in monaſterio poteſt dici Tyrannus in domo propria.
12 Tyrannus ciuitatis eſt, qui in ciuitate non iure principatur.
Tyrannus ciuitatis quotuplex ſit.
13 Tyrannus manifeſtus in ciuitate quis dicatur ex defectu tituli.
14 Tyrannus etiam dicitur electus a ciuitate in rectorem per metum quando ciuitas habet ius eligendi.
15 Violentia, vel metus qualiter inferatur in populum.
16 Facta per modum iuriſdictionis a tyranno manifeſto, ex defectu tituli non valent.
17 Facta ab officialibus exiſtentibus in ciuitate, in qua ſit Tyrannus, ⁊ quos ipſa ciuitas ſibi eligit tyranno patiente quando ſit nulla.
18 Comparere in loco ſibi ſuſpecto ⁊ coram iudice ⁊ inimicis quis non debet.
19 Reſtitutio in integrum competit illis, contra quos tempore tyranni aliqua iniuſtitia facta eſt.
20 Tyrannia finita, tempus petende reſtitutionis currit.
Geſta per contractum tempore tyranni manifeſti ex defectu tituli quando valeant.
21 Rogatio maioris dicitur iuſſus.
22 Contrahenti ignoranter cum tyranno manifeſto ex defectu tituli ſubuenitur per titulum quod fal. tuto. autho.
Ignorare quem eſſe tyrannum quomodo ſit poſſibile.
23 Soluens tyranno vel eius officialibus quando ſit liberatus.
24 Debitor ſpeciei, ſpecie ſibi per vim ablata ipſo iure liberatur.
25 Preconium factum a tyranno inducit iuſtum metum.
26 Si tyrannus patitur bona ciuitatis deperire contra ipſam ciuitatem non preſcribitur.
27 Tyrannus ex parte exercitij, licet habeat titulum minus proprie dicitur tyrannus.
28 Decem ſigna ad cognoſcendum tyrannum.
29 Occidere fratres, ⁊ potentes ciuitatis, ⁊ eos expellere, non eſt actus tyranni, ſi ex iuſta cauſa hoc fit.
30 Conſeruare ciuitatem in diſcordia, depauperare ſubditos, ⁊ eos affligere in perſonis, ⁊ rebus, ſunt ſigna vere tyrannidis.
31 Superior deponit Ducem, Marchionem, vel Baronem habentem iuſtum titulum, ⁊ tyranniam exercentem.
32 Tyrannus abſque titulo incidit in legem Iuliam maieſtatis.
33 Tyrannus exercitio, lz habeat titulum, quas penas incurrat.
34 Tres rationes, per quas ſuperior licite tyrannos creat vicarios, ⁊ dominos ciuitatum per eos tyrannizatarum.
35 Proceſſus factus per tyrannum habentem titulum, quando valeat.
36 Facta per tyrannum pendente proceſſu contra eum per ſuperiorem quando teneant.
37 Tyrannus habens titulum quod habeat beneficium, non poteſt ei a populo addi aliquid iuriſdictionis, ⁊ ciuitatem ſubmittere non poteſt.
38 Tyrannus tacitus, ⁊ velatus quis ſit, ⁊ duo velamina tyrãnie.
39 Qui ſibi facit concedi titulum a ciuitate propria non habente poteſtatem concedendi, dicitur tyrannus ſine titulo.
40 Refirmatus in officio a ciuitate habente, poteſtatem eligendi quando dicatur tyrannus.
41 Qui ſe facit in confallonerium ciuitatis eligere, vel capitaneum, quando tyrannus dicatur, ⁊ quomodo probetur talis tyrãnus.
42 Facta tempore tyranni velati quomodo valeant, ⁊ communem vtilitatem reſpiciant quo ad exiſtentes in ciuitate, ⁊ quid quo ad expulſos.
43 Raro reperitur aliquod regimen in quo ſimpliciter ad bonum publicum attendatur.
44 Regimen bonum dicitur, in quo publica vtilitas plus preualet, quam propria, regentium econtrario malum.
45 Qui nullum titulum in ciuitate patitur ſibi concedi, ſed ita ordinat regimen quod omnia procedunt ſecundum velle ſuum, dicitur tyrannus, ⁊ quomodo probetur hec tyrannia.

1 a b PRimo quero †a Vnde dicatur Tyrannus, ⁊ dicitur a tyros b Grece. Latine fortis ſiue anguſtia, vnde fortes Reges Tyranni vocãtur. Poſtea accidit Tyrannos vocari peſſimos, ⁊ improbos Reges ⁊ luxurioſe dominationis crudelitatem, ⁊ crudeliſſimam dominationem in populis exercentes a tyros quod eſt anguſtia quia anguſtiãt, ⁊ cruciant ſeruos ſuos ſm Hugon, qd tyrus interpretet, vt dictũ eſt, patet ex interpretationibus Biblie, vbi, ſic habetur, Tyrus interpretatur, vel tribulatio, ſiue ſaluatio, aut fortitudo, ⁊ hec vtilia ſunt, cum queratur de conditione Tyranni, ⁊ de modo probandi.

* Secundo quero, qualiter † diffiniatur Tyrannus. Reſpon. Grego. lib. xj. Moralium diffinit: Proprie Tyrannus is dicitur, qui communi Reipubli ce, non iure principatur. Sed ſciendũ eſt qd omnis ſuperbus iuxta modũ propriũ Tyrannidẽ exercet, nõnunquã alius in Rep. hic per acceptã dignitatis potentiã, alius in prouincia, alius in ciuitate, alius in domo propria, alius per latentẽ nequitiã hoc exercet, ⁊ cogitatione ſua nõ intuetur Deum qui quãtũ mali valeat facere, ⁊ tñ deeſt poteſtas fortis, apud ſe Tyrãnus eſt cui iniquitas dominatur intus, qz ſi exterius affligit proximos, intrinſecus tamẽ habere poteſtatem ſufficit appetere, vt affligat.
3 Hec ſunt † verba Greg. ad literam que pro lege ſeruãda ſunt. xl. diſt. cano. ſancta Romana. que verba aliqualiter diſcutiamus proprie Tyrãnus, ⁊c. ſicut enim Rex, ſeu Imperator Romanorũ eſt iuſtus, ⁊ verus, ⁊ vniuerſalis, ita ſi quis illũ locũ vult iniuſte obtinere appellatur proprie Tyrãnus, ⁊ de tali Tyrãno habemus. C. de ſacroſ. eccle. l. decernimus. ⁊ l. omni nouatiõe. ⁊ in no. Cõmuni Republi. ⁊c. de republic. intelligitur, vt l. eum qui vectigal. ff. de verb. ſigni. Nõ iure principatur. ⁊c hoc ꝯtingit, qr caret titulo, quia eſt electus non de iure, ⁊ reprobatus, vt extra de electio. capi venerabilem. vel non electus coronatus, ⁊ poſtea reprobatus in iudicio, vt extra de re iudica. cap. ad apoſtolice. libro ſexto, ⁊ de Saul Rege j. Regum xiij. cap. vbi Samuel propheta ſic ait, Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mandata domini Dei tui, que tibi precepit, quod ſi non feciſſes, iam nunc preparaſſet dominus tuum Regnum: ſed nequaquam regnum tuum